

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Accusationis in C. Verrem, liber II. Oratio V.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Actio. II.

Thaud.
Quadru-
platores.

sua posse defendere. Hoc timēt hoīes, hoc laborant, hoc institui, atq; adeo institutū referri, ac renouari moleste ferunt. putāt fore, vti, si paulatim hęc cōsuetudo serpere, ac prodire cōperit, per homines honestissimos, virosq; fortissimos, nō imperitos adolefcētulos, taut illius modi quadruplatores, leges iudiciaq; administrēt. Cuius cōsuetudinis, atq; instituti patres maioresq; nostros nō poenitebat, tū cū P. Lentulus is, q; princeps Senatus fuit, accusabat M. Aquiliū, subscriptore C. Rurilio Rufo: aut cum P. Africanus homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, posteaq; bis Consul & Censor fuerat, L. Cottā in iudiciū vocabat. Iure tū florebat Populi Ro. nomē, iure auctoritas huius imperii, ciuitatisq; maiestas grauis habebat, nemo mirabatur in Africano illo, quod in me nunc homine paruis opibus, ac facultatibus prædito, simulant sese mirari, cum moleste ferant. Quid sibi iste vult: accusatorem ne se existimari, qui antea defendere cōsueuerat: nūc præsertim ea iam etate, cum edilitatem petat: Ego vero atatis non modo meæ, sed multo etiā superioris, & honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitososq; defendere. Et pfecto aut hoc remedium est agrotæ, ac prope desperatæ reipublicæ, iudiciisq; corruptis, ac contaminatis paucorum vitio, ac turpitudine, homines ad legum defensionē, iudiciorumq; auctoritatē q̄ honestissimos, & integerrimos, diligentissimosq; accedere: aut, si ne hoc quidem prodesse poterit, profecto nulla vnq; medicina his tot incommodis reperietur. Nulla salus Reip. maior est, q̄ eos, qui alterum accusant, nō minus de laude, de honore, de fama sua, q̄ illos qui accusantur, de capite, ac fortunis suis pertimescere. Itaq; semp hi diligentissime, laboriosissimeq; accusarunt, qui se ipsos in discrimē existimationis venire arbitrati sunt. Quāobrem hoc statuere iudices deberis, Q. Cæciliū, de quo nulla vnq; opinio fuerit, nullaq; in hoc ipso iudicio expectatio futura sit, q; neq; vt ante collectā famā cōseruet, neq; vti reliq; tēporis spem cōfirmet, laborat, nō nimis hęc causam seuerē, nō nimis accurate, nō nimis diligēter acturū. habet em̄ nihil, qd̄ in offensionē depdat, vt turpissime flagitiosissimeq; discedat: nihil de suis veteribus ornamentis requirit. A nobis multos obsides habet Po. Ro. quos vt incolumes cōseruare, tueri, cōfirmare, ac recuperare possimus, omni ratione erit dimicādū. Habet honorem, quem petimus: habet spem, quam propositam nobis habemus: habet existimationem multo sudore, labore, vigiliisq; collectā, vt si in hac causa nostrū officii, ac diligentiam probauerimus, hęc quæ dixi, retinere per Po. Ro. incolumia, ac salua possimus. Si tātulum offensum, titubatūq; sit, vt ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Quapropter iudices vestrum est, deligere quem existimetis facillime posse magnitudinē causæ, ac iudiciū sustinere fide, diligētia, consilio, auctoritate. Vos si mihi Q. Cæciliū anteposueritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: Populus Romanus ne tam honestam, tam seueram, diligētemq; accusationē, neq; vobis placuisse, neq; ordinī vestro placere arbitret, provideat.

ACCUSATIONIS IN C. VERREM, LIBER. II. ORATIO. V.



Pecuniosus.

VOD ERAT OPTANDVM MAXIME IVDICES, ET qd̄ vnū ad inuidiā vestri ordinis, infamiāq; iudiciorū sedandā, maxime ptinebat, id nō humano consilio, sed ppe diuinitus datū, atq; oblatū vobis summo Reip. tēpore videt. Inueterauit em̄ iā opinio pniciosa Reip. vobisq; piculosa, quę nō modo Romę, sed & apud exteras nationes omnīū sermone prebuit, his iudiciis, q̄ nūc sint, pecuniosum hominē, q̄ quis sit nocens, neminē posse damnari. Nūc in ipso discrimine ordinis, iudiciorūq; vestrorū, cū sint parati, q̄ cōcionibus, & legibus, hęc inuidiā senatus inflāmare conent, reus in iudiciū adductus est C. Verres, homo vita, atq; factis, omnīū iā opinione damnatus: pecunię magnitudine, sua spe, ac prædicationē absolutus. Huic ego causę iudices cum summa voluntate, & expectatione Populi Rom. actor accessi, non vt auerem inuidiam ordinis, sed vt infamię communi succurrerem. Adduxi enim hominē, in quo recōciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum Populo Romano, satisfacere exteris nationibus possetis, depeculatorem ararij, vexatorem Asię, atq; Pamphylię, prædonem iuris vrbani, labem atq; perniciem provinciæ Siciliæ. De quo si vos seuerē, religioseq; iudicaueritis, auctoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hērebit. Sin istius ingentes diuitiæ iudiciorum religionem, veritatemq; p̄fregerint, ego hoc tamen assequar, vt iu-

dicium potius Reipublicæ, q̄ aut reus iudiciis, aut accusator reo defuisse videatur. Equidem, vt de me confitear Iudices, cū multæ mihi a C. Verre insidiæ terra mariq; factæ sint, quas partim mea diligentia deuitarim, partim amicorum studio, officioq; repulerim, nunq̄ tamen, neq; tantū periculum mihi adire visus sum, neq; tantopere pertimui, vt nunc in ipso iudicio. Neq; tantum me expectatio accusationis meæ, concursusq; tantę multitudinis, quibus ego rebus vehementissime perturbor, commouet, quantum istius insidiæ nefariæ, quas vno tempore mihi, M. Glabrioni Pratori, sociis, exteris nationibus, ordini, nomini deniq; senatorio facere conatur, qui ita dicitur, iis esse metuendum, qui quod ipsis solis satis esset, furrupissent: se tantum rapuisse, vt id multis satis esse possit. Nihil esse tam sanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Qz si q̄ audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, fortasse aliqua in re nos aliquando sefellisset. Verum hoc adhuc percommode cadit, q̄ cum incredibili eius audacia, singularis stultitia coniuncta est. Nam vt apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicii perspicua sua consilia, conatusq; omnibus fecit. Semel ait se in vita pertimuisse, tum cum primum reus a me factus sit: q̄ cum e prouincia recens esset, inuidiaq; & infamia non recenti, sed vetere ac diuturna flagraret, tum ad iudiciū corrumpendū tēpus alienū offenderet. Itaq; cum ego diē in Siciliā inquirendi perexiguam postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaia biduo breuiorē diem postularet, nō vt idē cōficeret diligentia, & industria sua, qđ ego meo labore, & vigiliis cōsequutus sum. Etenim ille Achaicus inquisitor ne Brundisiū qđem peruenit, ego Siciliam totā quinquaginta diebus sic obii, vt omnium populorū, priuatorūq; literas, iniuriasq; cognoscerē, vt perspicuū cuius esse possit, hominē ab isto quesitū esse, non q̄ reū suū adduceret, sed q̄ meū tempus obsideret. Nūc homo audacissimus, atq; amētissimus hoc cogitat: intelligit me ita paratū, atq; instructū in iudiciū venire, vt non modo in auriū vestris, sed in oculis omnium sua furta, atq; flagitia defixurus sim. Videt senatores multos esse testes audaciæ suę: videt multos equites Romanos, frequentes præterea ciues, atq; socios, quibus ipse insignes iniurias fecerit: videt etiā tot graues ab amicissimis ciuitatibus legationes cum publicis auctoritatibus, ac testimoniis conuenisse. Quæ cum ita sint, vsq; eo de omnibus bonis male existimat, vsq; eo senatoria iudicia perditā, profligataq; esse arbitratur, vt hoc palam dicitur, nō sine causa se cupidū pecuniæ fuisse, quoniā tantū in pecunia præsidium experitur esse: sese (id qđ difficillimū fuerit) tēpus ipsum emisse iudicii sui, quo cetera facilius emere posset: vt quoniā criminū vim subterfugere nullo modo poterat, procellam tēporis deuittaret. Qz si non modo in causa, verū in aliquo honesto præsidio, aut in alicuius eloquentia, aut gratia, spem aliquā collocasset, profecto nō hæc omnia colligeret, atq; aucuparetur: non vsq; eo despiceret, cōtemneretq; ordinē senatoriū, vt arbitrato eius deligeretur ex senatu, q̄ reus fieret, q̄ dū hic quæ opus essent, cōpararet, causam interea ante eū diceret. Quibus ego rebus qđ iste speret, & quo animū intendat, facile perspicio: quāobrem vero se confidat aliquid perficere posse hoc Glabrione Pratore, & hoc cōsilio, intelligere non possum. Vnū illud intelligo, qđ prator in reiectione iudicii iudicauit, ea spe istum fuisse præditū, vt omnē rationē salutis in pecunia poneret: hoc erepto præsidio, vt nullā sibi rem adiumento fore arbitraretur. Etenim qđ est ingenium tantū: quæ tanta facultas dicendi, & copia, quæ istius vitam tot vitiiis flagitiisq; cōiunctā, iam pridē omnium voluntate iudicioq; damnatā, aliqua ex parte possit defendere: Cuius vt adolescentiæ maculas ignominiasq; præterea, Quæstura primus gradus honoris quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonē spoliatū a quæstore suo pecunia publica: nudatū & proditū consulē: desertū exercitū: relictam prouinciā: sortis necessitudinē, religionēq; violatā: Cuius legatio, exitiū fuit Asiæ totius, & Pamphylia: quibus in prouinciis multas domos, plurimas vrbes, omnia fana depeculatus est: cū in Cn. Dolabellam scelus suū illud pristinū renouauit, & instaurauit quæstorium: cum eum, cui legatus, & pro quæstore fuisset, & in inuidiā suis maleficiis adduxit, & in ipsis periculis nō solū deseruit, sed etiam oppugnauit, ac prodidit. Cuius ptura vrba aediū sacrarū fuit, publicorūq; operū depopulatio, simul in iure dicendo honorū possessionūq; cōtra oīm instituta addictio, & cōdonatio. Iam vero oīm vitiorū suorū plurima & maxima constituit monumenta, & indicia in prouincia Sicilia: quā iste per triennium ita vexauit, ac perdidit, vt ea restitui in antiquū statū nullo modo possit, vix autem per multos annos innocentēq; prætores aliqua ex parte recreari aliquādo posse videat. Hoc p̄tore Siculi neq; suas leges, neq; nostra Senatuscōsulta, neq; cōmunia

Pecunię
vis.Recēs e p̄
uicia esset.Asco. lites
ris p̄ aucto
ritatibus.Quæstura
prim⁹ gra
dus hono
ris.

Actio. II.

iura, tenuerunt. tantū quisq; habet in Sicilia, quātū hoīs auarissimi, & libidinosissimi aut im-
 prudentiā subterfugit, aut satietati superfuit. Nulla res per triēniū nisi ad nutū istius iudica-
 ta est: nulla res cuiusq; tam patria, atq; auita fuit, quæ non ab eo, imperio istius abiudicaren-
 tur. Innumerabiles pecuniæ ex aratorū bonis nouo nefarioq; instituto coactæ: socii fidelissi-
 mi in hostiū numero existimati: Ciues Ro. seruile in modū cruciati, & necati: hoīes nocētissi-
 mi propter pecuniā iudicio liberati: honestissimi, atq; integerrimi absentes rei facti, indicta
 causa damnati, & eiecti: porrus munitissimi, maxime tutissimeq; vrbes, piratis, prædonibusq;
 patefactæ: nautæ, militesq; Siculorū, socii nostri, atq; amici fame necati: classes optimæ, atq;
 opportunissimæ cū magna ignominia Populi Ro. amissæ, & perditæ. Idem iste Prætor moni-
 menta antiquissima partim regū locupletissimorū, quæ illi ornamento vrbibus esse voluerūt,
 partim etiā nostrorū Imperatorū, quæ victores ciuitatibus Siculis aut dederūt, aut reddide-
 runt, spoliavit, nudauitq; omnia. Neq; hoc solū in statuis publicis, ornamentisq; fecit, sed etiā
 delubra oīa sanctissimis religionibus consecrata, depeculatus est. Deū deniq; nullū Siculis, q
 ei paulo magis affabre atq; antiquo artificio factus videretur, reliquit. In stupris vero, & fla-
 gitiis nefarias eius libidines cōmemorare pudore deterreor: simul illoꝝ calamitatē cōmemo-
 rando augere nolo, quibus liberos coniugesq; suas integras ab istius petulantia conseruare
 nō licitū est. At enī hæc ita cōmissa sunt ab isto, vt nō cognita sint ab oībus: Homine esse ar-
 bitror neminē, q nomē istius audierit, quin facta quoq; eius nefaria commemorare possit. vt
 mihi magis timendū sit, ne multa crimina prætermittere, q̄ nequa in istū fingere existimer.
 Neq; enī mihi videt hęc multitudo, quæ ad audiendū cōuenit, cognoscere ex me causam vo-
 luisse, sed ea quæ scit, mecū recognoscere. Quæ cū ita sint, iste hō amens, ac perditus alia me-
 cum ratione pugnat. nō id agitur, vt alicuius eloquentiā mihi opponat: nō gratia, nō aucto-
 ritate cuiusq;, non potentia nitit: simulat his se rebus cōfidere, sed video quid agat, neq; enī
 agit occultissime. proponit inania mihi nobilitatis, hoc est hominū arrogantū noīa, qui nō
 tam me impediunt, q̄ nobiles sunt, q̄ adiuuant, q̄ noti sunt: simulat se eorum præsidio confi-
 dere: cū interea aliud qddā iandū machineat. Quā spem nunc habeat in manibus, & qd mo-
 liatur, breuiter iam Iudices exponam: sed prius vt ab initio res ab eo constituta sit, quæso co-
 gnoscite. Vt primū e prouincia rediit, redemptio est huius iudicii facta grandī pecuniā: man-
 sit in conditione atq; pacto vsq; ad eū finē, dum Iudices reiecti sunt. posteaq; reiectio iudiciū
 facta est, q̄ & in sortitione, istius spem fortuna populi Romani, & in reiciēdis iudicibus, mea
 diligentia istorū impudentiā vicerat, renunciata est tota cōductio. Præclare se res habebat:
 libelli nominū vestrorū consiliūq; huius, in manibus erant omnium, nulla nota, nullus color,
 nullæ sordes videbant his sententiis allini posse: cū iste repente ex alacri, atq; leto, sic erat hu-
 milis, atq; demissus, vt nō modo Po. Romano, sed etiā sibi ipse cōdemnatus videret. Ecce au-
 tē repente, his dieb; paucis, comitiis cōsularibus factis, eadē illa vetera cōsilia pecuniā maio-
 re repetunt, eadēq; vestre famæ, fortunisq; omnium insidię per eosdē hoīes cōparant. Quæ res
 primo Iudices pertenui nobis argumento, indiciōq; patefacta est: post aperto suspicionis in-
 troitu ad oīa intima istorū consilia sine vllō errore peruenimus. Nam vt Hortensius Cons. de
 signatus domū reducebat e cāpo cū maxima frequētia a multitudine, fit obuiā casu ei multi-
 tudini C. Curio, quē ego hominē honoris potius, q̄ contumeliæ causa nominatum volo. Et
 enī ea dicā, quæ ille si cōmemorari noluisset, nō tāto in cōuentu, tam aperte, palāq; dixisset.
 quæ tū a me pedetērim, cauteq; dicent, vt amicitie nostre, & dignitatis illi; habita ratio esse
 intelligat. Videt ad ipsum fornicē Fabianū in turba Verrē, appellat hominē, & ei voce maxi-
 ma victoriā gratulat: ipsi Hortensio, q̄ consul erat factus, propinquis, necessariisq; eius, q̄ tum
 aderant, verbū nullū facit: cū hoc cōsistit, hunc amplexat, hunc iubet sine cura esse. renuncio
 ingt tibi, te hodiernis comitiis eē absolutū. Quod cū tā multi hoīes honestissimi audissent,
 statim ad me deferūt: immo vero, vt qsq; me viderat, narrabāt, aliis illud indignū, aliis ridicu-
 lū videbat. Ridiculū iis, q̄ istius causam in testiū fide, in criminū ratione, i iudiciū potestate,
 nō in comitiis cōsularibus positā arbitrabant. Indignum iis, q̄ altius perspiciēbāt, & hæc gra-
 tulationē ad iudiciū corrupēdū spectare arbitrabant. Etenī sic ratiocinabant, sic honestissimi
 hoīes inter se, & mecū loquebant, aperte iam & perspicue nulla esse iudicia: q̄ reus pridie iā
 ipse se cōdemnatū putabat, is posteaq; defensor eius Consul est factus, absoluit. Quid igit; q̄
 tota Sicilia, q̄ oēs Siculi, oēs negotiatores, oēs publicæ, priuatæq; literæ Romæ sunt, nihil
 ne id valebit: nihil, inuito Cōs. designato. Quid Iudices: nō crimina, nō testes, nō existimatio

Dare.
Reddere.

Nobilis.
Notus.

conditio.

adimi.

Fornix Fa-
bianus.

nem Po. Ro. sequetur: nō oīa in vnius potestate, ac moderatione vertent. Vere loquat Iudices, vehemēter me hęc res cōmouebat. optimus em̄ qsq̄ ita loquebat: iste quidē tibi eripiet, sed nos nō tenebimus iudicia diutius. Eteḿ q̄ poterit Verre absoluto de transferēdis iudiciis recusare? Erat oīb⁹ molestū, neq̄ eos tā istius perditī subita lēticia, q̄ hoīs amplissimī noīa gratulatio cōmouebat. Cupiebā dissimulare, me id moleste ferre, cupiebā animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate cælare. ecce aut̄ illis ipsīs diebus, cū pratores designati sortiretur, & M. Metello obrigisset, vt is de pecuniis repetundis quæreretur, nunciat̄ mihi, tantā gratulationē istī esse factā, vt is quoq̄ domū pueros mitteret, q̄ vxori suā nūciarēt. Sane ne hęc quidē res mihi placebat: neq̄ tātopere qd̄ in hac sorte metuēdū mihi esset, intelligebā. vnum illud ex hoībus certis, ex q̄bus oīa cōperi, reperiebā, fiscos cōplures cū pecunia Siciliēsi a quodā senatore ad equitē Romanū esse translatos: ex his quasi. X. fiscos ad senatorē illū relictos. Comitiorū nomine, diuisores omniū tribuū noctu ad istū vocatos. Ex q̄bus quidā qui se omīa mea causa facere debere arbitrabat, eadē illa nocte ad me venit. demonstrat qua iste oratione vsus esset: cōmemorasse istū q̄ liberaliter eos tractasset etiā antea, cū ipse praturā petisset, & proximis cōsularibus, pratorisq̄ comitiis: deinde esse pollicitū quantū vellēt pecuniā, si me adilitate deiecissent. hoc alios negasse audere: alios respōdisse, nō putare id perfici posse. inuentū tamē esse fortē amicū, ex eadē familia, Q. Verrem Romilia ex optima diuisorum disciplina, patris istius discipulū, atq̄ amicū, q̄ HS. quingentis millibus depositis, id se perfecturū polliceret: & fuisse tamē nōnullos, q̄ se vna facturos esse dicerēt. que cū ita essent, sane beneuolo animo me, vt magnopere cauere, p̄monebat. Sollicitabar rebus maximis vno, atq̄ eo perexiguo tēpore, vrgebāt comitia: & his ipsīs oppugnabar grandī pecunia. instabat iudiciū: ei quoq̄ negotio fisci Sicilienses minabant. agere quæ ad iudiciū pertinebāt libere, comitiorū metu deterrebar. petitioni toto animo seruire, propter iudiciū nō licebat. minari deniq̄ diuisoribus ratio nō erat, propterea, q̄ eos intelligere videbā, me hoc iudicio districte, atq̄ obligatū futurū. Atq̄ hoc ipso tēpore Siculis denunciātū esse audio, primū ab Hortensio, domū ad illū vt veniret. Siculos sane in eo liberos fuisse, q̄ quāobrem accerserent cū intelligerent, nō venisse. Interea comitia nostra, quorū iste se, vt ceterorū hoc anno comitiorū, dñm esse arbitrabat, haberi coepta sunt. Cursare iste homo potēs, cū filio blando, & gratioso circū tribus, paternos amicos, hoc est diuisores appellare omnes, & cōuenire. Qd̄ cū esset intellectū, & animaduersum, fecit animo libentissimo populus Romanus, vt cuius diuitiæ me de fide deducere nō potuissent, ne eiusdē pecuniis de honore deiceret. Posteaq̄ illa petitionis magna cura liberatus sum, animo coepi multo magis vacuo, ac soluto, nihil aliud nisi de iudicio agere, & cogitare. Reperio Iudices hęc ab istis cōsilia inīta, & cōstituta, vt quacūq̄ opus esset ratione, res ita duceret, vt apud M. Metellū pratorē causa diceret, in eo eē hęc cōmoda: primū M. Metellū amicissimū, deinde Hortensū Cons. nō solū, sed etiā Q. Metellū, qui q̄ istī sit amicus attendite. dedit em̄ prærogatiuā suā volūtatis eiusmodi, vt istī prærogatiuis iam reddidisse videat. An me taciturnū tantis de rebus existimauistis? & in tāto Reip. existimationisq̄ meæ periculo cuiq̄ consulturum potius, q̄ officio & dignitatī meæ? Accersit alter Cons. designatus Siculos, veniūt nōnulli, propterea q̄ Q. Metellus esset prator in Sicilia: cū iis ita loquit, se Consulē esse, fratrem suū, alterū Siciliā prouinciā obrinere, alterū esse quæsiturū de pecuniis repetundis, Verri ne noceri possit multis rationib⁹ esse prouisum. Quid est quæso Metelle iudiciū corrūpere: si hoc nō est? testes, p̄sertim Siculos, timidos homines, & afflictos, nō solū auctoritate detertere, sed etiā cōsulari metu, & duorū pratorum potestate: quid faceres pro hoīe innocente, & propinquo, cum propter hominē perditissimū atq̄ alienissimū, de officio, ac dignitate decedis, & cōmittis, vt qd̄ ille dicitat, alicui, q̄ te ignorat, verū esse videat: nā hoc Verrē dicere aiebāt, te nō fato, vt ceteros ex vestra familia, sed opera sua cōsulē factū. Duo igitur Cons. & quæsitores erunt ex illius voluntate. non solū effugiemus inquit hominē in quæredo nimīū diligentē, nimīū seruiētē populī existimationi, M. Glabrionē: accedet nobis etiā illud, iudex est M. Cesonius collega nostri accusatoris, homo in rebus iudicandis spectatus, & cognitus, quē minime expediat esse in eo consilio, qd̄ conemur aliqua ratione corrūpere: propterea, q̄ iam antea, cum iudex in Iuniano cōsilio fuisset, turpissimū illud facinus nō solū grauiter tulit, sed etiā in mediū protulit. Hunc iudicem ex Cal. Iun. nō habebimus. Q. Manliū, & Q. Cornificiū duos seuerissimos, atq̄ integerrimos iudices, q̄ Tri. Pl. tū erūt, iudices non habebimus. P. Sulpitius iudex tristis, & integer

Fisci.

Ad senatorē relictos.

Siculis denunciātū esse audio, primū ab Hortensio, domū ad illū vt veniret.

Iudices hęc ab istis cōsilia inīta, & cōstituta, vt quacūq̄ opus esset ratione, res ita duceret, vt apud M. Metellū pratorē causa diceret, in eo eē hęc cōmoda: primū M. Metellū amicissimū, deinde Hortensū Cons. nō solū, sed etiā Q. Metellū, qui q̄ istī sit amicus attendite.

quæstor.

Actio. II.

magistratū ineat necesse est nonis Decēbribus. M. Crepercius ex acerrima illa equestri familia & disciplina, L. Cassius ex familia tum ad ceteras res, tum ad iudicandū seuerissima, Cn. Trebellius homo summa religione, & diligētia, tres hi hoīes veteres Tribuni militares sunt designati, ex Cal. Ianuar. non iudicabunt. Subfortiemur etiā in M. Metelli locū, quoniā is huic ipsi quæstioni præfuturus est. Ita secundū Cal. Ian. & prætores, & prope toto consilio cōmutato, magnas accusatoris minas, magnāq; iudicii expectationē ad nostrū arbitriū, libidinemq; eludemus. Nonæ sunt hodie Sextiles, hora nona cōuenire coepistis. hūc diē iam ne numerāt quidē. Decē dies sunt ante ludos votiuos, quos Cn. Pompeius facturus est. hi ludi dies quindecim auferēt, deinde cōtinuo Romani consequent. Ita prope. XL. diebus interpositis, tū deniq; se ad ea, quæ a nobis dicta erūt, respōsuros esse arbitrant. deinde se ducturos & dicēdo, & accusando facile ad ludos Victoriæ. cū his plebeios esse cōiunctos, secundū quos aut nulli aut pauci dies ad agēdū futuri sunt. ita defessa, ac refrigerata accusatiōe rē integrā ad M. Metellū esse venturā, quæ ego hominē si eius fidei diffusus essem, iudicē nō retinuissem. nūc tamen eo animo sum, vt eo iudicē q̄ prætores hāc rem trāsigi malim, & iurato suā q̄ iniurato aliorum tabellas cōmittere. Nunc ego Iudices iam vos cōsulo, qd mihi faciendū putetis, id enim cōsiliū mihi profecto taciti dabitis, qd egomet mihi necessario capiendū intelligo. Si vtar ad dicendū meo legitimo tēpore, mei laboris, industriæ, diligētiæq; capiā fructū: & ex accusatiōe ne perficiā, vt nemo vnq; post hominū memoriā paratior, vigilantior, cōpositior ad iudiciū venisse videat. sed i hac laude industriæ mee, reus ne elabāt summū piculū est. Quid est igif, qd fieri possit: nō obscurū opinor, neq; absconditū. fructū istū laudis, q ex perpetua oratione percipi potuit, in alia tēpora referuemus: nūc hominē tabulis, testibus, priuatis, publicisq; literis, auctoritatibusq; accusemus. Res omnis mihi tecū erit Hortēsi: dicā aperte, si te mecum dicendo ac diluendis criminibus in hac causa cōtendere putarē, ego quoq; in accusando, atq; in explicandis criminibus operā cōsumerē. nunc quoniā pugnare contra me instituiti, nō tam ex tua natura, q̄ ex istius tēpore, & causa, malitiosæ necesse est istiusmodi rationi aliquo cōsilio obsistere. Tua ratio est, vt secundū binos ludos mihi respondere incipias: mea, vt ante primos ludos cōperendinē. ita fiet vt tua ista ratio existimet astuta, meū hoc cōsiliū necessariū. Verum illud qd instituerā dicere, mihi rem tecū esse, huiusmodi est. ego cum hāc causam Sicularum rogatu recepissem, idq; mihi amplū, & præclarū existimarem, eos velle meæ fidei, diligētiæq; periculū facere, qui innocentia, abstinentiaq; fecissent, tum suscepto negotio maius mihi quiddam proposui, in quo meam in Remp. voluntatē populus Ro. perspiceret possit. Nā illud mihi nequaquā dignū industria, conatuq; meo videbatur, istū a me in iudicium iam omnium iudicio condemnatū vocari, nisi ista tua intolerabilis potētia, & ea cupiditas, qua per hosce annos in quibusdam iudiciis vsus es, etiam in istius hominis desperati causa interponeret. Nūc vero, quoniā hāc te omnis dominatio, regnūq; iudiciorū tantopere delectat: & sunt homines, quos libidinis, infamiaq; suæ, neq; pudeat, neq; tedeat, qui quasi de industria in odiū offensionemq; populi Ro. irruere videantur: hoc me profiteor suscepisse, magnum fortasse onus, & mihi periculosum, verūtamen dignum in quo omnes neruos atatis, industriæq; meæ contenderem. Quoniā totus ordo paucorum improbitate, & audacia premittitur, & vrgetur infamia iudiciorū, profiteor huic generi hominū me inimicum, accusatorē, odiosum, assiduū, acerbū aduersariū. hoc mihi sumo, hoc mihi depono, qd agam in magistratu, qd agam ex eo loco, ex quo me populus Ro. ex Cal. Ian. secū habere de Repu. ac de hoibus improbis voluit. Hoc munus adilitatis meæ populo Ro. amplissimū, pulcherrimumq; polliceor. moneo, prædico, ante denuncio, qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut seq̄stres, aut iterpretes corrupēdi iudicii solēt eē, qd ad hāc rē aut potētia, aut impudētia suā p̄fessi sunt, abstineāt in hoc iudicio manus animosq; ab hoc scelere nefario. Erit tū cōsul Hortēsius cū summo ip̄erio, & potestate: ego autē edilis, hoc est paulo amplius, q̄ priuat⁹. Tamē hāc huiusmodi res est, quā me acturū eē polliceor, ita po. Ro. grata, atq; iucunda, vt ip̄e Cōs. in hac causa, præ me minus etiā, si fieri possit, q̄ priuatus esse videat. oīa nō mō cōmemorabunt, sed etiā expositis certis rebus agent, quæ intra decē annos, posteaq; iudicia ad senatū trāslata sunt, in reb⁹ iudicandis nefarie, flagitioseq; facta sunt. Cognoscet ex me Po. Ro. qd sit, quāobrē cū equester ordo iudicaret, annos prope quinquaginta cōtinuos nullo iudicē equite Ro. iudicāte, ne tenuissima quidē suspitio acceptæ pecuniæ ob rē iudicandam constituta sit, qd sit, qd iudiciis ad senatoriū ordinem trāslatis, sublataq; populi Romani in

Ludi voti-
ui.

Iuratus.
Iniuratus.

Secūdu bi-
nos ludos.
Cōperendi
nare.

Ista tua.

Abstineant
manus.

In L. Verrem. Fo. XXIII.

vnūquēq; nostrū potestate, Q. Calidius damnatus dixerit, minoris HS. XXX. pratorū ho-
 minē honeste nō posse damnari, qd sit, q; P. Septimio senatore damnato Q. Hortētio prato-
 re de pecuniis repetūdis, līs astīmata sit eo nomine, q; ille ob rem iudicandā pecuniā accepit
 set, q; in C. Herennio, q; in C. Popilio senatoribus, qui ambo peculatus damnati sunt, q; in
 M. Attilio, q; de maiestate damnatus est, hoc planū factū est, eos pecuniā ob rem iudicandam
 accepisse, q; inuenti sunt senatores, q; C. Verre Pr. vrbano fortiente, exirēt in eum reū, quem
 incognita causa condemnarent, q; inuentus est senator, q; cum iudex esset, in eodē iudicio ab
 reo pecuniā acciperet, quā iudicibus diuideret, & ab accusatore, vt reū damnaret. Iam vero
 quomodo illam labē, ignominia, calamitatēq; totius ordinis conquerat: hoc factū esse in hac
 ciuitate, cū senatorius ordo iudicaret, vt discoloribus signis, iuratorū hominū sentētia no-
 tarent. Hęc omnia me diligēter seuerēq; acturū esse polliceor, quo me tandē animo fore pu-
 tetis. Quid in hoc ipso iudicio intellexero, similit̄ aliqua ratione esse violatū, atq; cōmissum:
 cū præsertim planū facere multis testibus possim, C. Verrem in Sicilia multis audientibus
 sępe dixisse, se habere hominē potētē, cuius fiducia prouinciā spoliaret: neq; sibi soli pecuniā
 quarere, sed ita trienniū illud prætura Siciliēsis distributū habere, vt secū præclare agi dice-
 ret, si vnus anni quæstū in rem suā conuerteret, alterū patronis & defensoribus suis trade-
 ret, tertium illū vberimū quæstuosissimūq; annū totū iudicibus referuaret. Ex quo mihi ve-
 nit in mentē illud dicere, qd̄ apud M. Glabronē nuper cū in reiciendis iudicibus cōmemo-
 rassem, intellexi vehemēter populū Ro. cōmoueri, me arbitrari fore, vt̄ nationes extere lega-
 tos ad populū Ro. mitterent, vt lex de pecuniis repetūdis iudiciūq; tollerēt. si enī iudicia
 nulla sint, tantū vnūquēq; ablaturū putant, quantum sibi ac liberis suis satis esse arbitretur.
 nunc q; eiusmodi iudicia sint, tantū vnūquēq; auferre, quātū sibi, patronis, aduocatis, præ-
 toribus, iudicibus satis futurū sit, hoc profecto infinitū esse: se auarissimi hoīs cupiditati sa-
 tisfacere posse, nocentissima victoriæ non posse. O cōmemoranda iudicia, præclarāq; existi-
 mationē nostrī ordinis, cū socii populū Ro. iudicia de pecuniis repetūdis fieri nolūt, quæ a
 maioribus nostris sociorū causa cōparata sunt. An iste vnq; de se bonā spem habuisset, nisi de
 vobis malā opinionē animo imbibisset! Quo maiore etiā si fieri pōt, apud vos odio esse de-
 bet, q̄ est apud populū Romanū, cū in auaritia, scelere, priurio, vos sui similes arbitret. Cui
 loco per deos immortales iudices cōsulte, ac prouidete, moneo, prædicoq; id qd̄ intelligo, tē-
 pus opportunissimū vobis hoc diuinitus datū esse, vt odio, inuidia, infamia, turpitudine, to-
 tū ordinē liberetis, nulla in iudiciis seueritas, nulla religio, nulla deniq; existimantē esse iudi-
 cia a populo Ro. contemnimur, despiciunt, graui diuturnaq; iam flagramus infamia.
 Neq; enī vllam aliā ob causam populus Ro. tribunitiā potestātē tāto studio requisitū: quā
 cū poscebat, verbo illā poscere videbat, re vera iudicia poscebat. Neq; hoc Q. Catulū hoīem
 sapientissimū, atq; amplissimū fugit, qui Cn. Pompeio viro fortissimo, & clarissimo de tribu-
 nitia potestate referētī, cū esset sentētia rogatus, hoc initio est summa cū auctoritate vsus,
 Patres conscriptos iudicia male & flagitiose tueri, q; si in rebus iudicandis populū Ro. existi-
 mationi satisfacere voluissent, nō tāto opere hoīes fuisse tribunitiā potestatem desideraturos.
 Ipse deniq; Cn. Pompeius, cū primū concionē ad Urbē Conf. designatus habuit, vbi qd̄ maxi-
 me expectari videbat, ostendit, se tribunitiā potestātē restitutorū, factus est in eo strepitus, &
 grata concionis admurmuratio. Idem in eadē concione cū dixisset, populatas, vexatasq; esse
 prouincias, iudicia aut turpia, & flagitiosa fieri, ei rei se prouidere, ac cōsulere velle, tū vero
 non strepitu, sed maximo clamore suā populus Ro. significauit volūtātē. Nunc aut hoīes in
 speculis sunt, obseruant quēadmodū se vnusq;q; vestrū gerat in retinenda religione, conser-
 uandisq; legibus: vidēt adhuc post legē tribunitiā vnū senatorē vel tenuissimū eē damnatū,
 qd̄ tamen nō reprehendunt, tamē magnopere qd̄ laudēt, nō habēt. Nulla est enī laus, ibi esse
 integrū, vbi nemo est, q; aut possit, aut conēt corrūpere. Hoc est iudiciū ī quo vos de reo, po-
 pulus Ro. de vobis iudicabit: in hoc hoīe statuet, possit ne senatoribus iudicantibus homo
 nocentissimus pecuniosissimūq; damnari. Deinde est huiusmodi reus, in quo hoīe nihil sit,
 præter summa peccata, maximāq; pecuniā: vt si liberatus sit, nulla alia suspitio, nisi ea, quæ
 turpissima est, residere possit. nō gratia, nō cognatione, nō aliis recte factis, nō deniq; aliquo
 mediocri vitio, tot tātaq; eius vitia subleuata eē existimabunt. Postremo ego causam sic agā
 iudices, eiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferā, vt nemo a vo-
 bis vt istū absoluatīs per gratiā conēt contēdere, Habeo aut certā viā atq; rationē, qua omēs

Dānat⁹ de
maiestate.

Imbibisset
animo.

Nulla laus
ibi eē inte-
grum, vbi
nullus pos-
sit aut co-
nēt corrū-
pere.

Actio. III.

illorū conatus inuestigare, & cōsequi possim. Ita res a me ageť, vt in eorū cōsiliis om̄ibus nō modo aures hoīm, sed etiā oculi Populi Ro. interesse videant. Vos aliquot iam p̄ annos con-
ceptā huic ordini turpitudinē, atq; infamiā delere potestis. Constat inter oēs, post hac iudi-
cia, quibus nūc vtimur, nullū hoc splēdore, atq; hac dignitate cōsiliū fuisse. Hic si qd erit of-
fensum, oēs hoīes nō iā ex eodē ordine alios magis idoneos, qđ fieri nō potest, sed aliū omni-
no ordinē ad res iudicādas q̄rendū arbitrabunt. Quapropter primū ab diis immortalib⁹, qđ
sperare mihi videor, hoc idē Iudices peto: vt in hoc iudicio nemo improbus p̄ter eū, q̄ iā pri-
dē inuētus est, reperiat. Deinde si plures improbi fuerint, hoc vobis, hoc Populo Ro. Iudices
cōfirmo, vitā mehercule mihi prius, q̄ vim, perseuerantiāq; ad illorū improbitatē persequen-
dā defuturā. Verū qđ ego laborib⁹, piculis, inimicitisiq; meis, tū cū admissum erit, dedecus
seuere me p̄secuturū esse polliceor, id ne accadat tu tua sapientia, auctoritate, diligentia M.
Glabrīo potes p̄uidere. Suscipe causam iudiciorū, suscipe causam seueritatis, integritatis, si
deī, religionis: suscipe causam senatus, vt is hoc iudicio probat⁹, cū populo Ro. & in laude, &
in gratia esse possit. Cogita quo loco sis: qđ dare Populo Romano, qđ reddere maiorib⁹ tuis
debeas. Fac tibi paternę legis Acilię veniat in mētē, qua lege Populus Ro. de pecuniis reperū-
dis optimis iudiciis seuerissimisq; iudicibus vsus est. Circūstant te summę auctoritates, quę
te obliuisci laudis domesticę nō sināt: quę te dies, noctesq; cōmoneāt, fortissimū tibi patrē, sa-
pientissimū auū, grauissimū focerū fuisse. Quare si Glabrionis patris vim, & acrimoniā cepe-
ris ad resistendū hoībus audacissimis, si auī Sceuolę prudentiā ad p̄spiciēdas insidias, q̄ tuę
atq; horū famę cōparant, si focerī Scauri cōstantiā, vt ne qs te de vera, & certa possit senten-
tia dimouere, intelliget populus Ro. integerrimo, atq; honestissimo p̄tore, delectoq; consilio
nocenti reo magnitudinē pecunię plus habuisse momenti ad suspitionē criminis, q̄ ad ratio-
nē salutis. Mihi certū est nō cōmittere, vt in hac causa p̄tor nobis, cōsiliūq; muret: non patiar
rē in id tēpus adduci, vt Siculi, quos adhuc serui designatorū CONSS. nō mouerūt, cū eos
nouo exēplo arcesserēt, eos tum lictores cōsulū vocēt, vt hoīes miserī, antea focii, atq; amici
populi Ro. nūc serui, ac supplices, nō modo ius suū, fortunāq; oēs eorū imperio amittāt, ve-
rū etiā deplorandī iuris sui potestātē nō habeāt. Nō sinā p̄fecto causa a me perorata. XXX.
diebus interpositis, tū nobis deniq; respōdeāt, cū accusatio nostra in obliuionē diuturnita-
tis adducta sit. Nō cōmittā vt tū res iudicet, cū hęc frequētia totius Italię Roma discesserit:
quę cōuenit vno tēpore vndiq; comitorū, iudiciorū, cēsendiq; causa: huius iudiciū, & lau-
dis fructū, & offensionis periculū, vestrū: laborē sollicitudinēq; nostrā: scientiā qđ agat, me-
moriāq; qđ a quoq; dictū sit, oīm puto esse oportere. Faciā hoc nō nouū: sed ab aliis, q̄ nunc
principes nostrę ciuitatis sunt, ante factū, vt testibus vtar statim. Illud a me nouū Iudices co-
gnosceris, qđ ita testes cōstituiā, vt crimē totū explicē: vbi id interrogando, argumentis, atq;
oratione firmauero, tū testes ad crimē accōmodē: vt nihil inter illā vsitatā accusationē, atq;
hęc nouā itersit, nisi qđ in illa tūc, cū oīa dicta sunt, testes danť, hic in singulas res dabunt,
vt illis quoq; eadē iterrigādī facultas, argumētādī, dicēdiq; sit. Si qs erit, qđ perpetuā oratio-
nē, accusationēq; desideret, altera actione audiet. nunc id qđ facimus, ea rōne facim⁹, vt malī-
tię illoq; cōsilio nro occurrām⁹, necessario fieri intelligāt. Hęc primę actionis erit accusatio.
Dicim⁹ C. Verrē, cū multa libidinose, mltā crudeliter, i ciues Ro. atq; i socios, multa i deos
hoīesq; nefarie fecerit, tū p̄trea. CCCC. Sestertia ex Sicilia cōtra leges abstulisse, hoc testib⁹,
hoc tabulis, priuatis publicisq; auctoritatib⁹, ita vobis planū faciemus, vt hoc statuat, etiā
git, vt nos. si spatiū ad dicēdū nro cōmodo, vacuosq; dies habuissēmus, tñ orōne lōga nihil opus fuisse.

ACCUSATIONIS IN C. VERREM, LIBER. III. ORATIO. VI.

De Pretu-
ra urbana,
& antea
vita, vt in-
quit Asco.



Proiect⁹ ad
audendū.

EMINEM VESTRVM IGNORARE ARBITROR. IVDI-
ces, hūc p̄ hosce dies sermonē vulgī, atq; hęc opinionē Po. Ro. fuis-
se, C. Verrē altera actiōe respōsurū nō eē, neq; ad iudiciū affuturū.
Quę fama nō idcirco solū emanarat, qđ iste certe statuerat, ac deli-
berauerat, nō adesse, verū etiā, qđ nemo quēq; tā audacē, tā amētē, tā
impudētē fore arbitrabat, qđ tā nefariis criminib⁹, tā multis testibus
euiētus, ora iudiciū aspiciere, aut os suū Po. Ro. ostēdere auderet. Est
idē Verres qđ fuit semp, vt ad audēdū p̄iectus, sic paratus ad audie-
dū. pręsto est, respōdet, defendit. ne hoc qđē sibi reliqui fecit, vt in
rebus turpissimis, cū manifesto teneat, si reticeat, absit, tñ ipudētia